



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 888. Usque Ad Annum 1000

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1761

VD18 90117921

§. 58. Ecclesia Hispaniæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66313](#)

rum suorum causa præstare tenebantur, Sæculum X.
non exhibendi. Ergo Princeps jubet, A. C. 998.
eiusmodi contractus non diutius valere,
quam in vita Beneficium concedentis,
iisque Successorem nullatenus obligari.

§. LVIII.

Ecclesia Hispanice.

In Hispania Bermundus II. Regnum Le- ^{Sup.l.LVI.}
gionense ab anno nongentesimo octo- ^{§. 43.}
gesimo secundo moderabatur. Is cum Pelag. Ov.
Gudestum Episcopum Ovetanum, nul- ^{p. 7.}
la justa causa existente, custodiæ tra-
ditum, per annos tres detineret in car-
cere, atque ingentem terræ siccitatem
diramque famem ob hoc peccatum a
Deo immissam omnes crederent, com-
motus captivum libertati restituit;
moxque decidens pluvia agrorum ferti-
litatem revexit. Idem Rex tribus Ser-
vis Ecclesiæ Compostellensis Episcopum
suum criminis, quod omnes boni abo-
minantur, accusantibus faciles aures
dedit, jussitque Præfulem taurorum fe-
rocissimo objici, qui cornua sua in ma-
nibus Episcopi reliquisse fertur. Cete-
rum Bermundus II. repudiata uxore
legitima aliam duxisse, duasque præ- ^{Roderic.l.5.}
terea sorores concubinas aluisse legi- ^{p. 4.}
tur.

B b b 3

In

Sæculum X. In pœnam gravissimorum peccato-
A.C. 998. rum a Numine permisum credebatur,

quod in Regnum Bermundi Arabes ir-
ruperint, Duce *Mabomet Almanzor*,
Issem Principis ignavi, Cordubæ resi-
dentis, Præfecto. Cum *Almanzor* mi-
litabant quidam Comites, olim a Ber-
mundo Rege in exilium missi, & fama
hostium adventum nunciante Sancto-
rum Reliquiæ, quæ Legione & Asturicæ
quiescebant, quin etiam Regum cor-
pora ibi sepulta, in loca tutiora trans-
lata sunt. *Almanzor* integro pene an-
no Legionem obsedit, eaque ad dedi-
tionem compulsa, portas turresque de-
jicit. Asturicam quoque, & complu-
res alias urbes cepit, thesauros Eccle-
siarum abstulit, ipsamque S. Jacobi Ec-
clesiam diripuit. Tandem duodecim,
quibus bellum gessit, annis res Christia-
norum ita accidit, ut vix tempore Ro-
derici Regis, cum primo Arabes inve-
sti sunt, pejore loco steterint. Nihilo-
minus post tot clades Bermundus Rex
Legionensis Garcia, dicto *Trement*, Re-
ge Navarræ, & Garcia *Fernandez*, Co-
mite Castiliæ, auxilia ferentibus, insi-
gnem de Arabibus victoriam reportavit,
Roder. hist. qua accepta clade *Almanzor* proprii im-
Arab. c. 31. patiens occubuit anno Hegiræ 393. JE-
su Christi 1003. Bermundus II. Rex post
annum

annum Christi millesimum ex podagræ Sæculum X.
doloribus deceffit, relinquens Successo- A. C. 998.
rem Alphonsum V. quinquennem pue-
rum, qui annis viginti novem impe-
ravit.

Bermundo II. regnante, Legionensi
Ecclesiæ præerat Froilanus, vir Sancti-
tate illustris. Qui Luci Augusti in Ga- *Att. SS.*
læcia natus (in ea provincia ipsius Ma- *Ben. Sæc. 6.*
ter Froila honore SS. mulieribus exhi- *p. 58. & 82.*
beri solito colitur) anno ætatis decimo
octavo Institutum monasticum ample-
xus est. Inde elapsis aliquot annis in
desertum secessit, ubi confluentibus
postea compluribus Discipulis Monaste-
rium fundavit, in quo ipse Abbas &
S. Attilanus ipso jubente Prior fuit.
Attilanus Taraconæ nobilibus parenti-
bus anno circiter nongentesimo trigesi-
mo nono in lucem editus, iis relictis,
jam anno ætatis decimo monasterium
ingressus est, ex quo S. Froilani fama
attractus non multo post tempore mi-
gravit. Ramirus III. Rex, Froilano Le-
gionem ad se vocato, magnam pecuniæ
vim largitus licentiam quoque dedit, in
quocunque Regni sui loco vellet, mona-
sterium ædificandi, ubi Fratres Deum
orarent pro tranquillitate Reipublicæ,
quam non minus intus Christiani rebel-
les, ac foris Infideles turbarent. Igi-

Bbb 4 tur

Sæculum X. tur Froilanus extructo Tabarensi mona.
A C. 998. stero, atque etiam alio minore, † du.
† Morcruel. centos plus minus monachos collegit,
complurium aliorum monasteriorum Re.
staurator eximus.

Episcopo Legionensi fatis functo,
Bermundo II. Rege jubente, Froilanus
invitus huic Sedi præficitur, quam post-
quam annis circiter sexdecim rexisset,
anno 1006. tertia Octobris, qua die
Hispania ejus memoriam colit, migra-
vit ad Dominum. Quo tempore S. Froi-
lanus Ecclesiæ Legionensi præfuit, ejus
Discipulus S. Attilanus Zamorensem re-
xit, atque ambo una die in Festo Pen-
tecostes consecrati dicuntur. Attila-
nus postquam sedisset annis decem, spi-
ritu pœnitentiæ ductus, relicta Ecclesia
sua, ad loca pia peregrinatus est. Post
biennium reversus, cum Ecclesiam suam
annis octo exinde rexisset, quinta Octo-
bris anno millesimo nono, septuagenæ
Martyr. Ro. rius, beato fine quievit. Ceterum in-
5. *Ottob.* ter Sanctos ab universa Ecclesia colitur.

§. LIX.

Gregorii V. obitus. Silvester II.
Papa.

Quamquam juvenis esset Gregorius V.
Papa,